

tos donari , affirmamus: Et ex Baptismo probabiliter tantum tūm pueros tūm adultos inter electos censeri.

Colloq. Montp. f. 436. & 460. Respons. ad acta Colloquij f. 25.

112. Hoc nimirum est àegrotatēv , & quod Paulus prohibuit, verbum Dei , quod prope nos est , in cœlis querere : Rom. 10, 6. & seqq. Hoc est , omnem firmæ consolationis vim enervare , inque absyntium convertere : Hoc denique est Pyrrhonicam & Academicam introducere Theologiam , quæ constet nullâ certâ asseveratione sed metâ ἐποχῆ : vel certè more Pontificio , de regeneratione & salute infantium dubitet,

113. His detestandis paradoxis & étegodiāgnalīas valere iusvis , cum confessione nostra firmiter ac indubitatè statuimus , vim & operationem baptismi infantibus omnibus baptizatis obtingere , ut per hoc lavacrum regenerationis oblati Deo , verè mundentur à peccatorum reatu : verè transeant ex censu filiorum ita in collegium filiorum Dei : inque gratiam Dei recipiantur : eo ipso temporis momento , quo aquâ Baptismi tinguntur.

114. Affirmativa huius nostræ firmamenta hac sunt precipua : 1. Quicunque Christo est induitus , is est regeneratus . At teste Apostolo omnes infantes in Christum baptizati , Christo induuntur . Gal. 3, 27. Ergo , omnes etiam infantes in baptismo regenerantur.

II Qui